

singulis signaturas oportunas et necessarias cum clausulis et derogationibus opportunis et necessariis.

Item quod S^{tas} Sua debeat ad omnem liberam requisitionem et voluntatem dicti R. et agentium pro eo premissa exequi, dummodo ipse antequam liberetur de dicto castro S^{ti} Angeli infra mensem a die presentis stipulationis et contractus computandum premissa omnia et singula adimpleat presertim quod prestet dictas cautiones de solvendo 50000 ducatorum in celebratione omnium Sanctorum et alia 50000 in festo resurrectionis huiusmodi.

[Fol. 163 s.:] Die XVII. julii 1517.

[In margine:] « Constitutio procuratoris ». Segue una mezza pagina vuota. Nel mezzo della pagina leggiamo: « Die XXIII. julii 1517. R^{mi} Dⁿⁱ. A. tituli S^{te} Praxedis presbyter card^{lis} et N. card^{lis} Cornelius certificati per nos de contentis in dictis capitulis promiserunt et iurarunt prout in dictis capitulis, presentibus in concistorio d^{no} Philippo Adimaro et Andrea de Albizzis S^{mi} Dⁿⁱ N^{ri} camerariis ».

Dicta die.

R^{mi} dⁿⁱ card^{les} omnes coram S^{mo} D. N. in concistorio collegialiter congregati promiserunt illud iddem et iurarunt, quod singulariter in eorum domibus promiserant et iuraverant. Promiserunt insuper et iurarunt quod dictus R. de Riario non discedet ex palatio apostolico sine expressa licentia et mandato S^{mi} D. N^{ri} presentibus quibus supra proxime.

Die XXIII. julii 1517.

Constitutus coram nobis notariis infrascriptis etc. r^{du}s pater dom. Cesar de Riario patriarcha Alexandrin., Augustinus Spinola episcopus Perusin., Octavianus episcopus Viterbien., Petrus Paulus episcopus Exinus [sic], Antonius Jacobus episcopus Camerinen., Thomas episcopus Saonens., Galeatius de Riario, Isbertus episcopus Rapollanus, Hieronimus Piccholomineus episcopus Ilcinen., Altobellus episcopus Polen., Hieronimus episcopus Aretin., Gabriel episcopus Calven., Franciscus Spinola prothonotarius apostolicus et Jo. Bap^{ta} episcopus Ausiman. sponte promiserunt et quilibet eorum promisit S^{mo} D. N. et nobis notariis etc. d^{no} Mario de Peruschis procuratore phiscali presente et pro dicto S^{mo} D. N. recipiente, quod d^{nus} R. de Riario prefatus non discedet ex palatio apostolico hic in Urbe existenti sine expresso consensu licentia et mandato S^{mi} Dⁿⁱ N^{ri} sub infrascriptis penis et pecuniarum summis per eos respective promissis eo ipso in casu contraventionis per eos respective incurren., obligantes se in pleniori forma camere iurarunt etc. presentibus Rome in palatio apostolico d^{no} Bernardo Cardulo canonico Narnien. et Paulo de Corradinis cubiculariis apostolicis testibus etc.

D ^{nus} Cesar patriarcha	pro summa 10 000 duc.
Augustinus episcopus Perusin.	» » 10 000 »
Octavianus » Viterbien.	» » 10 000 »
Petrus Paulus » Exinus	» » 5 000 »